

Lia. 7.

218

PRAELIMINARIA
AD
INTRODVCTIONEM
IN
NOVVM TESTAMENTVM
VNA CVM
INDICE LECTIONVM SVARVM

PER
SEMESTRE HIBERNVM ANNI M. DCC. LIII. HABENDARVM

COMMVNICATA

A
FRID. GVIL. ELLENBERGER
PHILOSOPHIAE MAGISTRO.



HALAE,
APVD CAROLVM CHRISTIANVM KÜMMEL,

1754

PRÆFATIONE
AD
INTRODUCTIONEM
IN
NOVUM TESTAMENTUM
INDICE LECTONUM SVARVM
MCCCXCVI
ANNO DOMINI
CONSULGATA
FRID. GUL. BILBERGER
H. A. 1816
ABD. KATHOL. CHURCHEN RATH
1816





§. I.



Breues hae, quae TIBI, *Amice Lector*, ad Praeparatoria contemplandum offeruntur, lineae com- quaedam ad positae sunt ad ea expedienda, quae mihi Praelimina- adhuc implicata videntur et quae pluri- Introductio- nis in No- um Testa- mentum, infcii scire solent cum ignarissimis. At,

nisi me omnia fallunt, sine iis minime accinctus, aut satis aptus ad Introductionem in Nouum Testamentum, scientiam omnibus meis laudibus maiorem, accedere potest quisquam. Non miraberis itaque, si TIBI dixero, has meditationes non temere conscriptas Commentarium praeliminare introductionis in Nouum Testamentum continere. Vt autem fini meo ipse inseruiam, oculis TVIS beneuolis ea submittam, quae TE nosse forsan inuabunt. Ante autem quam ipsa huius tractationis aggredior primordia, TECVM communicandum esse existimaui et res, quae hoc loco in exspectatione esse possunt: et earum ordinem. Hanc enim methodum amo, hanc praecipue in eiusmodi opusculis, quae indice quocun- que alio carent, sequor. Habeo sane cur sic statuam: at mit-

A 2

tam

4 PRAELIMINARIA AD INTRODVCTIONEM

tam rationes, cum multa grauiora immineant et fini huius opusculi propiora absuntura sint spatium; quae propterea contrahere debeo. Nunc quo eo adcuratius promissis stem meis, nudatum et vacuum ab omni verborum ornatu et absque longa rerum explicatione, sistam rerum hic tractandarum catalogum. Nihil, mihi crede, quod momenti alicuius videbatur esse et quo carere praeliminaria haec non posse, neglexi.

PRIMAM et principem meam curam in hoc opusculo eo dirigendam esse praeuidi, vt *determinatam scientiae*, mediante praesente labore, *suscipiendae nanciscamur ideam*, quae praecipue definitione, essentialium explicatione et exclusionem verisimilium, at spuriarum partium impetratur. Absoluitur a §. II. ad XIII. vsque.

Qua subministrata DEINDE tabulam proposui potiorum in introductione obuiarum partium et in iis capitum §. XIII. et XV.

TERTIO *Principia*, ex quibus introductio deriuanda est, eruere in me suscepi §. XVI - XVIII.

Sunt PORRO quaedam, quae non praesupponuntur necessario, at si praesto sunt multum utilitatis et adiumenti in sinu suo fouent pro introductionis nostrae studio, quae dicimus *subsidia*: neque ea tacenda esse in praeliminaribus existimaui; ergo adposui §. XX - XXII.

TVNC breuia nonnulla *de vicissitudine huius scientiae per saecula inde Christiana* traduntur §. XXIII - XXV.

POST EA *locum Introductioni naturaliter* inter reliquas scientias constituendum inuestigavi: cum non plane indifferens sit quem teneat, et si ita foret, id tamen, quando ex regula agere voluissimus, monstrandum esset. Inuenies autem §. XXVI. et XXVII.

Quibus praesuppositis me aptum factum credidi *ad difficultatum demonstrationem scientiae, ad quam attendimus*: quibus se vigilaturus subiicit. §. XXVIII. ad XXXII.

Con-

Concludi autem cum *utilitate*, quam scientiae amatores ex eadem percipiunt tanquam brabeum et praemium superatae superandaeque difficultatis. §. XXXIII - XXXV.

Scholion 1. Longe lateque patentem campum esse, quem percurrendum habeo, Sagax Lector facile intelliget: quem propter ea summam tantum lustrabo.

2. Ea quae in sphaera habitae argumenti ratione cum beneuolo lectore communicavi *Praeliminaria ad Introductionem* dicuntur, quoniam necessario nexu antecedente cum introductione gaudent. Nexum autem, ex recepto terminorum significato, inter ea esse volunt, quae se tanquam causa ad effectum referunt et V. V.

§. II.

Si quis nunquam fuit liber attentione summa et reflexio- Lemma et de-
ne dignus, omnino est scriptura sacra et in hisce paginis in- finitio Novi
signibus pars illa insignior Novum Testamentum, η καλη δια- Testamenti.
δραση multis ante saeculis dicta. Est autem *Novum Testa-*
mentum librorum complexus in quibus DEVS canonem post
gloriosum Christi in coelum transitum per Apostolos et Evan-
gelistas consignare, aut si dicere mavis, completum reddere
voluit: ita ut omnes hi libri eo computandi sint, de quibus
effici potest pertinere ad eos, qui sub his circumstantiis
promulgati sunt.

Schol. Duo sunt, quae si hic sphaerae cardo tractationis foret veluti ad
animum revocarem explicando probandoque: Sed cum in su-
perficie tractationis meae adhuc vager et sphaeram tantum propo-
nerim ob sequutura: nulla legitima methodus multo minus
scientifica admonet hunc errorem. Ut cognoscantur tamen,
quaenam sint ea, quae in has angustias redactus mitto, illico
suggeram.

Primum illorum est: cur et quandoam liber hic hoc affectus sit no-
mine ut appelletur η καλη διαδραση: quod autem ipsius intro-
ductionis potius, quam huius est loci. Distincta termini idea
iamiam, prouti spero, fini sufficere poterit nostro.

6 PRAELIMINARIA AD INTRODVCTIONEM

Alterum inuestigandum, sed iam tacendum est: *undenam dignitas huius libri oriatur.* Lemma est quod iam propono media ex theologia depromptum. Tanta interim est copia testium inter-
 norum, i. e., ex scriptura sacra ipsa desumptorum, tanta exter-
 norum, qui idem tam expresse, quam tacite testati sunt, qui
 in promptu quoque sunt, vt proferre possem nisi ipsa varietas
 mutandi huius consilii copiam faceret.

§. III.

Quenam sint
 praeliminaria
 Noui Testa-
 menti.

Pro diuersitate rei et nostra omnino potest esse diuersa
 cognitio: ita vt, ad quam maxima exstat obligatio, ad eam
 intelligendam maxima quoque dirigenda sit attentio, cura
 atque opera. Cognitio autem perfectior est, si singula circa
 rem intueor: ex horum distincte cognitorum compositio-
 ne profunda et adcurata cognitio euadit (per def. perfectae
 cogn.) Dantur autem et eiusmodi, quae de Nouo Testa-
 mento et vario eiusdem habito respectu erui possunt, vt dein
 ex voto Nouo Testamento vti possimus (per exp.) Cum
 porro Nouum Testamentum dignissimum attentione et intel-
 ligentia sit (§. II.): quiuis ad ea obligatur, quae ad vsum Noui
 Testamenti legitimum praeparant. Ea quae faciunt ad No-
 uum Testamentum rite tractandum, nuncupantur *praelimi-
 naria eiusdem*: et quatenus iis intelligendis ex obligatione
 opera nauanda est, *ea praeliminariter eruenda* dicuntur.

Schol. Sicuti obligatio diuersa est pro diuersitate motiuorum ad rem
 (per def. oblig.), sic in vno plura et maiora adhuc motiua,
 quam in altero ad Noui Testamenti scrutationem adesse possunt
 et sic obligatio est diuersa.

§. IIII.

Quid sit cri-
 tica.

Critica est scientia regularum legitimam de libro feren-
 di sententiam. Vox ipsa hac idea grauida est Graecorum
 propria, postea ciuitate latina donata. Ortum trahit vox
 latina a κριτική, hoc autem vocabulum a κρινω iudicare, h. l.
 diiudicare descendit: quoniam critica instar iudicii est, in
 quo

quo nonnulli libri absoluuntur et, quod adhuc plus est, laudantur magnique fiunt, alii e contrario pro lectione indignis, perniciosis declarantur. Id quod in libro secundum Criticam examinatur, ita vt de libro et partibus iudicium declaratur *critice procedere dicitur*. In quo pluribus locis ita agimus et quo magis, eo magis in scientia critice nos gerimus.

Schol. 1. Critica, quatenus se in diiudicandis libris exercet, tam super totum aliquem librum se extendere, quam ad partes quoque singulas descendere potest: utrobique iterum diuerso in respectu. Quo plures sunt partes in libro, quas perstringit cuius interest perspicere: eo amplior quidem et accuratior quoque fieri potest eius cognitio et tutius simul, simul locupletius iudicium. Ergo et ad solidam Noui Testamenti cognitionem adspiraturus necessaria est Critica §. II. et III.

2. Multus et in resoluendo et explicando criticae termino ex industria esse nolui, distinctam suppeditaturus notionem. Quae de cetero ad Criticam faciunt vna cum scriptoribus de ea agentibus ex magno nostri aevi Critico *S. R. Carpouio in Critica sacra Veteris Testamenti pag. 13. sq.* cognoscere licet.
3. Momenta haecenus exposita ad eo accuratorem pleniorumque intelligentiam principis definitionis huius tractationis faciunt, quae statim est sequutura.

§. V.

Scientia eorum, quae praeliminariter et propius de Nouo Testamento critice eruenda sunt dicitur, *Introductio in Nouum Testamentum*.

Quid sit Introductio in Nouum Testamentum.

Schol. 1. Nemini obscurum esse potest Nouum Testamentum esse librorum complexum (§. II.), qui iterum sua habent genera siue plures in aliquibus conueniunt, ex quibus simul sumtis genus oritur; vt libri in classes abeant: ex his autem omnibus constant partes Noui Testamenti maiores. Quae de partibus hisce maioribus criticae notantur, de Nouo Testamento et quidem praeliminariter notantur: et quatenus propius influunt in Nouum

Nouum Testamentum ex introductione eliminanda non sunt, sed quatenus definitionem exprimunt etiam definito competunt. Exinde videbis, cur post ea in introductione partes compareant, quae expressis verbis in definitione nequaquam continentur. Patebit insimul, cur non posuerim in definitione, totum Nouum Testamentum, aut Nouum Testamentum et partes praecipuas siue maiores sciscitari introductionem.

2. Quod ad nomen attinet, huic scientiae proprium, omnino respondet ideae, quam inuoluit. Hinc factum esse arbitror, cur doctissimorum Criticorum plurimi in appellatione hac acquiescerent, superfluum, prouti videntur, statuentes explicationem. Mihi autem secus videri ipsa huius sphi docet consideratio et nisi spatio parcerem ex rationibus loquerer. Damnum, quod fecit scientia nostra ex neglecta idea determinata in aprico est, et a nobis adhuc quodam modo post ea demonstrabitur.
3. Alii hanc scientiam appellant Introductionem in Lectionem Noui Testamenti: at neque plus neque minus continet haec denominatio nostra in sphi proposita.

§. VI.

Essentialia
introductionis
in Nouum Testa-
mentum.

1. Veritates
praeliminaries
propioris
cum N. T.
esse debent
nexus.

Quodsi introductionis idea luculentior adhuc fieri debet, omnino ea iuuabit expedire, quae nunquam ab introductione seiuncta considerari possunt: sed ex quibus simul sumtis consistit, quae in scholis Philosopherum dicuntur *essentialia*. Quo pertinent,

1, Vt *veritates*, quas introductio sibi vindicat, in *nexu praeliminari propiori cum Nouo Testamento existant*. Exinde patet Nouum Testamentum esse caput et quali centrum, ad quod tendunt singulae introductionis partes. Et cum praeliminaria sint de Nouo Testamento indaganda: praeparationem suppeditent vtendi et tractandi Noui Testamenti necesse est. Nexus autem propior, quo gaudet, introductionem distinguit a multis aliis, omnino vtilibus, in Nouo Testamento et ante eius lectionem excolendis, de quibus tamen scientia nostra

nostra nihil continet, quatenus remotiores tradunt veritates: cum quaelibet scientia suos desideret modicos limites et factae distinctiones clariorem suggerant intelligentiam, quam absentibus.

§. VII.

Veritates propius praeliminariter connexae cum Novo Testamento (§. VI.)

2. Critica conditio veritatum.

II. *Criticae esse debent*, id est, eae, quae ad diiudicationem iam totius Novi Testamenti, quam partium praecipuarum et maiorum spectant. Ex his, quae si cum spho praecedente conferuntur, simul patebit, generales esse veritates Introductionis. Verum a nemine id pendente in dubium facile vocabitur, eruditi hoc esse negotium. Quaelibet enim crisis data supponit, quibus uti possumus in casibus singularibus. Criseos pondus quoque varium est, prouti ea varia sunt sine quibus consistere ipsa nequit, quod constituitur gravitate et multitudine eorum, quae iudicium efficiunt completum. Neque levia sunt, quae in Novo Testamento scitu sunt necessaria, prouti postea cognoscemus. Deinde, quoniam exercitato omnia sunt faciliora felicioraque: habitus diiudicandi in primis libros est saluberrimus, cum non ad mediocres successus: sed quantum fieri potest, maximos et optimos teneamur.

Coroll. Ergo criticae veritates nunquam non in Introductione occurrere debent et maxime necessariae sunt. Nonnulli tamen eo procedunt, ut omnia quae Critici aliquid continent et cum Novo Testamento cohaerent, iam pro veritate ex Introductione petita habeant.

§. VIII.

Quoniam autem talium veritatum infinita est varietas et varia singularum foecunditas.

3. Plurimae et primae.

III. In id sedulo incumbit Introductio, ut nisi omnes graviores tamen et potiores in medium proferat, quarum etiam

B

suffi-

sufficiens suscipienda est expositio. Non me praeterit copia et abundantia rerum, quarum plurimae verbosiores requirunt explanationem, quae tamen ad totam est admodanda scientiam, ita ut exinde breuior esse possit, quam absentibus his circumstantiis. Ergo et omitti varia possunt, quae si seiuictim pertractarentur sine crimine negligi requirent.

§. VIII.

4. Ordine locandae.

III. Ita denique sunt combinandae, prouti, quantum datur, prior est ratio posterioris et subsequenter. Ergo principia excipiant, ita quoque ut extrema contexantur cum primis: Qui quoque cogitationum ordo non in minoribus solum partibus Introductionis; quales sunt sphaerae et sectiones: sed in maioribus quoque, in quibus tamen nonnunquam datur necessario exceptio salutandus est. Etenim dantur materiae in Introductione explicandae nullius paene nexum cum reliquis, quam quoniam unum systema plures haec requirit conglutinatae. Ordine naturali consulitur iudicio et memoriae. Tali ratione quoque scientiae induit formam. Compendia si intueor huius scientiae plurima, summa video esse imis commixta: et si nonnunquam aliquis nexus in nonnullis est, in aliis eo magis desideratur.

Schol. I. Toto sane pectore incubui ad notionem Introductionis nostrae distincte et adaequate suppeditandam: cum plurimi scriptores in errore versari mihi viderentur, ex quo conieci, ipsi non nisi aut confusam, aut obscuram subfuisse cognitionem. Incuriam in euoluenda notione autem vitiosam habui, cum quaelibet particula Introductionis propter convenientiam tantum cum definitione suam tueri possit locum: qua cessante arbitrarie nos determinamus, et plane aliena scientiae nostrae obrudi possunt. Laetabor profecto nisi in cassum ierim.

2. At superest alia adhuc vindicanda obiectio: cur ad praeliminaria definitionem introductionis refero, cur non introductioni ipsi referuui, cur praeliminarium constituit caput et principium? Nihil, paucis regeo, solide tractari potest, nisi distincte cognoueris,

ueris, quae tractas: in prolegomenis autem aliquid iam de re et scientia praedicatur, prouti res ipsa ostendit; ergo eius supponatur necesse est intelligentia, quae impetratur definitione. Quae responsione non vni obiectioni, sed reliquis quoque satisfacit.

§. X.

Paucis adhuc attingam, quo modo in definiendis huius scientiae finibus facile errari possit erratumque sit: quibus conceptus Introductionis notior redditur et determinator, etenim quo magis aliquid speciem huius prae se fert, cuius procliuitas ad fallendum tollitur, eo distinctior sane huius scientiae euadit cognitio. Peccatum autem est hoc in respectu.

Errores in definiendis introductionis finibus obseruabiles, in collocandis partibus introductionis propriis.

I, Dum in partibus Introductionis non alienis, sed quodam modo propriis latet vitium et in quantitate, ita vt mathematice iniuste egerint. Vbi in primis sequentes modi commemorandi sunt.

1, Si partes necessarias omittimus, quae sunt *vel* maiores Introductionis partes, *vel* minores in maioribus contentae. Facile enim accidit, vt vna omissa particula veritatum multum inferatur damni, quod ante ea non animaduertimus.

2, Si abundantiae in partibus Introductionis admittuntur, ita vt *vel* plane incongruentes ponantur, *vel* congruentibus magis, quam consultum est, indulgeatur: quo modo leges migrantur proportionis, quae vt custodiantur, non vna fua det ratio.

3, Si caput, aut sectio et pars iusto maior est, aut minor, vt veritates ex vna parte copulatae sint, quae separandae essent, vel vt separentur ex altera, quae coniungendae forent, vel vtrumque simul committatur vitium; ex alia parte quid a loco suo motum, ex alia iniuste sit innexum.

Scholion 1. Ex scriptoribus exempla apponere, esset aliquid huic operi plane contrarium.

2. Neque minus huc referendum est, si partes a suis remouentur locis.

§. XI.

2, In alienis
partibus
1, quando her-
meneuticae
veritates im-
miscentur.

II, Dum ex plane aliis scientiis deriuata pro huius propriis venditantur, quod est, si cum schola eloqui malumus, heterogenia cum homogeniis confundere, ita vt ex professo de his agere tui credas et significes esse officii. A quo casu probe excipiendus est is, quo ob necessariam scientiae nostrae intelligentiam, quaedam, quae nondum praesupponi possunt, qua fieri potest breuitate, adducuntur: in quorum omissione vitii magis postulandi essent scriptores, quam laude condecorandi. Sed quatenus vitium in prolatis momentis ex aliis scientiis arcessitis ponitur, vulgo ita fit, vt incidant in aliquas earumque partes, quae affinitate quadam gaudent cum Introductione. Exponam itaque modo ea, in quibus commiscendis scriptores huius scientiae animaduerti non esse infrequentes, nec, ex mea quidem sententia, satis excusandos. Ad quam classem cum primis numero.

I, Quando scientia regularum explicandi Nouum Testamentum in hunc censum redigitur. Complectitur omnino haec scientia aliquid, quod praeliminare est Nouo Testamento; hinc notam habet cum nostra scientia communem (§. VI.): at non critice de Nouo Testamento agit, quomodo nostra scientia desiderat. Praeterea suam quoque constituunt hae regulae scientiam separatim.

Scholion 1. Scientia in his, quae sphaera exhibuit, se occupans, vocare amant *hermeneuticam*.

2. Id quod de hermeneutica dictum est, valet multo magis de exegefi: in qua explicantur regulae, et veritates Noui Testamenti ipsae adprehenduntur: nec praeliminare amplius est eiusmodi quid; ergo contra (§. VI.). Ipse S. V. Hoffmannus ex Introductione eiusmodi excludendas esse veritates prudenter agnouit: audias verba sua ex praefatione, cur capiti XLVII. nullas adiunxerit notas: *non credidi*, inquit, *lectores hoc in libro hermeneuticae sacrae regulas exasse propositas quaesituros.*

§. XII.

§. XII.

2, Quando quis in regular formandae linguae graecae, siue grammaticam, inquirat, aut vocum locutionumque, significationem tradit, si Introductionem est suppeditatus in Nouum Testamentum. Quae quidem absque dubio ad praeliminaria Nouo Testamento pertinent: at remotius tantum influunt: et horum quodlibet suum iam tenet locum.

3, Quando grammaticae aut lexic propriae comportantur ad introductionem.

Schol. 1. Cur de lingua graeca praecipue loquar, inde factum est, quoniam iam pro re traditione sic recepta considerari potest: Nouum Testamentum in graeca exaratum esse lingua, aut tantquam lemma scientiae huius nostrae tractari.

2. Sunt quaedam Introductionis capita post ea commemoranda, quorum inscriptiones, aut laesionem huius regulae proderet, aut falsitatem eiusdem significare videntur: sed in capitibus ipsis tantum absum, vt grammaticorum insistam subfelliis, vt potius eiusmodi momenta quantum non violanda claritas scientiae nostrae concesserit, reliquerim, facta tantum applicatione ad Nouum Testamentum.

§. XIII.

3, Quando antiquitatum aut romanarum, aut hebraearum, aut christianarum expectatur, aut tanquam expectata insinuat, commemoratio. Neque ea quidem excusationem merentur si introductioni immiscentur, quae aut in sacris habendis et cognoscendis usum praestant, aut quae faciunt ad explanationem Noui Testamenti: nisi reliquis notis characteristicis Introductionis, respondeant. Postrema omnino praeliminariter de Nouo Testamento obseruari debent, attamen magis Introductionem meditaturis necessaria sunt, quam vt ad Introductionem in Nouum Testamentum referri possint. Neque minus quodcunque systema iam efficit.

3, Quando antiquitates rommae et aliarum gentium aut coetorum exhibentur in Introductione.

Scholion. Quo et geographiam sacram reputo, minime a loco suo deturbandam. Porro historica, quae neque ad praeliminaria Noui Testamenti, aut non nisi remotissime pertinent v. g. aetas

14 PRAELIMINARIA AD INTRODVCTIONEM

apostolica, quando de omnibus Apostolis, de septuaginta discipulis ex instituto agitur.

§. XIII.

Diuisio totius
introductionis in No-
uum Testa-
mentum.

Iam aliquam praeliminarium nostrorum absolui particulam, quae fines Introductionis suppeditanda notione sat determinata describere studuit (§. I.) cum qua arctissimo vinculo partium, quas continet, praecipuarum intelligentia cohaeret (per eundem paragraphum): TABVLA itaque construam, cuius cognitio multum vtilitatis praeliminariter ad introductionem transfert: facit enim expeditiorem Introductioni viam et attentioni, reflexioni et iudicio super ea consulit. In duas abit Introductio nostra partes. Quarum PRIOR ea tradit, quae de toto Nouo Testamento et partibus generalibus eiusdem agunt: inde nanciscimur *Partem Introductionis Generalem*. Agnoscit autem iterum duas sibi subiectas partes: ex quibus

I, Omne, quod ad totum Nouum Testamentum spectat, perpendit. Vbi

A, Potiora eius inuestigantur momenta. Ad quae sequentia referri debent capita vt

I, de nomine omnium librorum spiritu DEI post Christi exaltationem conscriptorum, quod est η καινη διαθηκη: vbi de origine et aetate huius denominationis, significato, auctoritate an diuina, humanae sit et cuius inter res humanas aestimii; Capite I.

Obf. Quoniam de Nouo Testamento omnis reliqua agit tractatio incepti cum explicacione termini, qui deinde tanquam cognitus vsurpari potest: sed ne interrumpam catalogum nostrum de rebus et rationibus praeliminariter de quolibet capite tenendis, nihil iam dicam, cum cuiuslibet capiti praemittere amem.

2, De origine Noui Testamenti diuina, cum vsu ex obligatione vniuersali: de quibus Introductio nihil non tradere debet Cap. II.

3, de

3, de lingua autentica, siue textu originali et stylo Noui Testamenti C. III.

4, de numero librorum Noui Testamenti eoque vere pleno et sufficiente C. IIII.

5, de ordine et diuisione librorum Noui Testamenti tam alias, quam hodie obseruatis C. V.

6, de *αυτο* et *απο γραφαις* Noui Testamenti, vbi simul de *ιδιογραφαις*, quae sint, et an ab *αυτογραφαις* differant; hinc separari queant in libris Noui Testamenti, aut an necessario vnum alterum requirat, ita vt nisi synonima sint, tamen in eodem exemplari vtrumque copulatum deprehendatur C. VI.

7, de variis Noui Testamenti lectionibus C. VII.

8, de fine librorum Noui Testamenti communi Cap. VIII.

9, de citatione librorum praecipue strictius diuinorum et in primis Veteris Testamenti in Nouo facta C. VIII.

10, de distinctionibus in nostris Noui Testamenti editionibus obuiis C. X.

11, de collectione singulorum Noui Testamenti librorum in vnum volumen facta; hinc de aetate, quando collecti sint, Noui Testamenti libri agit ex rationibus C. XI.

β, Accessoria nonnulla de toto quoque Nouo Testamento.

1, de titulis et subscriptionibus librorum Noui Testamenti Cap. I.

2, de proximis diiudicandorum Noui Testamenti librorum subsidiis C. II. quae praecipue sunt.

a, celebriora et insignia manuscripta nec non editiones Noui Testamenti Sectione 1.

b, commentatores Noui Testamenti praecipui, aut scriptores eiusdem paene valoris Sectione 2.

II. Partes Noui Testamenti generales. In quibus sunt
A, Libri

16 PRAELIMINARIA AD INTRODVCTIONEM

A, Libri historici

1, quatuor Euangelia: de quibus ita agitur, vt horum communia et praecipua tractentur Cap. I.

2, Acta Apostolorum, ita vt nondum respiciat ad librum tanquam singularem tractatio C. II.

B, Libri Dogmatici, quales sunt epistolae Apostolorum

C, Propheticus denique siue Apocalypsis.

PARS ALTERA, posterior et specialis Introductionis: in qua de singulis libris Noui Testamenti sigillatim agitur. Ne absumatur charta et operam ludere videar, indicem librorum Noui Testamenti neutiquam exscribam, cum cuilibet ad manum sit: eorum tantum recordabor momentorum, quae nisi in omnibus et singulis, tamen in plurimis sigillatim inuestiganda sunt: ita vt in haec sint inquirendum, vt membrum

1, ordinem vniuscuiusque libri definire studeat;

2, linguam, in qua exaratus sit;

3, auctorem, quem dicere solemus secundarium;

4, obiectum personale, siue, coetum sacrum, vel personam cum quibus proxime et primario ab Apostolis et Euangelistis communicatus sit;

5, tempus et locum conscriptionis libri;

6, argumentum cuiuslibet libri expedire annitantur;

7, Commentarios exponit.

Scholion 1. Indicem itaque tradidi, se ratione cognitionis rerum expositarum maxima ex parte ad elaborationem et collegium ipsum referentem, quippe cum ille iam per se satis sit amplius neque praeliminaribus repugnet, si finem eorundem respiciat, haec breuitas.

2. Cur quodlibet caput ad Introductionem referam, et cur hunc locum teneat, quaenam insint terminis eorum, quae in capitibus resoluntur determinatae ideae et quò modo nonnunquam in diuersa

diuersa abeunt scriptores ratione ideae, sed omnia ex Introductione magis, quam his praeliminaribus cognosces. Porro adhuc plures cogitari possunt partes, quae locum in Introductione habere possunt, quae tamen leuioris momenti sunt.

3. Ex duabus, prouti tabula ostendit, partibus generalibus, tota nostra composita est Introductio. Cuius diuisionis haec est ratio, quoniam proportioni sine detrimento diuisi, in diuisione consuleri malui. Haesitavi ante, an non tres partes constituerem, ita vt primo generalissima quaedam eriam, ad totum quantum, quantum est Nouum Testamentum extensa, vt deinde pars specialis attendat ea, quae Euangeliis, epistolis et apocalypsi competunt; tertio de iis, quae de singulis libris antecederentur notanda sunt, agitur. At videbam partem, his tribus interiectam, minorem multo fore reliquis, inde priori malui addere.
4. Me nequiquam, quantum sat est, excusatum iri perspexi, si omitterem capita aut partes necessarias, quoniam a viris hac artis criticae parte peritissimis in doctis suis scriptis sunt culta: etenim quatenus aliquid ad hanc pertinet scientiam propter iam impetratam elegantiam non solum non omittendum quid, sed eo diligentius etiam et melius tractandum esse intellexi.
5. Non omnes Introductionis partes aequabilem habere posse extensionem, ne mediocriter quidem gnatum fugiet; hinc omnino proportio, re ipsa sic exigente, violari debuit: multo enim factius est impingere in proportionem, quam *vel* inutilibus opus per se longum in immensum protrahere; *vel* necessaria ex aliquo capite propter impetrandam proportionem detrudere; *vel* committere, quae non nisi summa vi rebus illata tanquam partes vnius capituli considerari possunt. Hanc postremam nonnunquam ingressus sum viam, nisi incommodum ante ea declaratum instaret.

§. XV.

Prusquam defero diuisionem Introductionis, tribus tantum modo verbis monebo, quod *theologiae* terminus valde vagus sit et quatuor significatus facile eruerem, qui in iis, qui

C

termi-

termino vtantur, deprehendi possunt. Ex strictioribus est, vt significet scientiam de DEO et nostra erga illum relatione ex scriptura sacra demonstratam. Qui autem tabulam s̄pho praecedente exhibitam inspicit, facile sibi persuaderet, me totum ad theologiae castra transfugisse. At opinionem hanc nullis iam destruere possum rationibus aliis, quam contestatione contrarii. At quis me vitii insimulabit si praeter ea profiteor me theologiae cognitione carere non potuisse neque vndique pari ratione a cancellis hisce abesse. Haud raro enim factum est, vt me continere nullo potuerim modo, quin media ex theologia principia defumerem, nonnunquam distinctiones ex theologorum depromsi scholis *vel* expresse, *vel* tacite: ita tamen in hoc negotio me praeslitii, vt ad hanc scientiam non nisi cogentibus circumstantiis transfrem, et quae ex ea depromerem nonnisi maxime necessaria sint, provti (§. XI.) in initio eiusdem licitum esse et de aliis scientiis pronunciaui.

§. XVI.

Quid sit principium Introductionis et cur in praeliminaribus de iis agatur,

Missis duabus primariis Introductionis partibus (§. II. et XIII.) ad reliquas numero quidem maiores, at expediendi difficultate, longitudine quoque maxima ex parte minores et inferiores, festino: quorum prius de principiis huius scientiae differit (§. I.) *Principia* huius scientiae sunt ea, quibus nititur sufficiens Introductionis cognitio; hinc in principiis Introductionis deprehendi debet ratio ipsius Introductionis; ita vt ex iisdem deriuetur scientia nostra. De his autem praeliminariter agendum est, quatenus ad Introductionem multum confert et non solum non ignorari, verum etiam ante susceptam Introductionem a conditore suo probe intelligi debent, ita vt vndique aqua haereat, nisi inde praesidium defumatur: sicuti etiam exploranti Introductionem salubris est cognitio eorum.

§. XVII.

Primum principium est

Principia Introductionis in Nouum Testamentum sunt, si selectum feceris, sequentia.

I. *Histo-*

I, *Historia ecclesiastica priorum in primis coetus christiani saeculorum*, quatenus aliquid concernit haec scientia ad ecclesiasticam pertinent, Nouum videlicet Testamentum: in quibus illa particula, quae res in ecclesia christiana gestas a medio saeculi primi ad secundum vsque maximam meretur attentionem. Circa haec enim tempora canon Noui Testamenti exaratus communicatusque absque dubio, et collectus probabiliter videtur. Tantum tamen absumus vt reliqua excludamus saecula, vt potius aliquam rei litterariae statusque rerum publicarum circa priora praecipue tempora efflagitemus cognitionem, omnino influentem in legitimam Introductionis tractationem. Posteriora postremaque tempora neutiquam supersua sunt, sed augmenti huius scientiae facti et controuersiarum de quodam Introductionis momento cognitio multum ad determinationem in hac scientia necessariam et legitimam conducunt. Habere sane in quibus probandis excurrere possem, neque vtilitate neque amoenitate, prouti spero, destitueretur. Historiam cum his nostris conciliarem neque rerum notiones negligere, sed ex vtroque efficere ea, quae mihi facere aliquid ad finem hunc nostrum videntur, conarer: nisi toti huic scriptiunculae obstaret; dum proportionem laederet. In eo mihi merito acquiescendum esse existimaui vt ostenderit ea, de quibus adhuc meditandum est, cui tempus suppetit. Exue conditorem huius scientiae a noticia historiae: et quantis Introductionis scateat defectibus, si qua condi adhuc potest, videbis.

Schol. 1. Non tot exempla iam afferam, quot possem: omnia enim tellimoniorum in Introductione sunt plena. Vt tamen manus meditationi porrigam consideres velim linguam Noui Testamenti originalem, quae sit, cur sit etc. nonne confugium tibi erit historia ecclesiastica et linguarum tunc temporis status.

2. Omnia itaque quae fide digna de apostolis sunt collecta, quo in primis *William Caveus in antiquitatibus apostolicis* etc. pertinent, non inepta ad hunc finem sunt. Patrum quoque scripta, quae adhuc supersunt eo referenda sunt. Antiquitates autem

variae primo mihi appellandae forent loco, praecipue autem iudaicae, quae intelligentiae totius fere Novi Testamenti consulant variaque in Introductione in Nouum Testamentum maxime necessaria complectitur. Pone Apostolorum nomen, in Introductione, e. g. quando de Actibus Apostolorum disseritur, non mittendum quod ex more inter Iudaeos usitato dilucide explicari potest: prouti iam laudatus *Caveus l. c. in praefatione operis, quae de functione Apostolorum verba facit §. 2. pag. mihi 175.* ostendit. Prae iudaicis adhuc ponendae sunt christianae.

§. XVIII.

2, Graecae linguae cognitio vi vii quoque textu Novi Testamenti originali possit.

II, Graecae in primis linguae cognitio et Novi Testamenti in lingua, prouti aiunt, autentica impigra scrutatio. Triplex momentum sub iis, quae numero hoc traditae sunt, vocibus comprehenditur: et quodlibet scientiae nostrae constituit principium. *Primum* est Nouum Testamentum ipsum in se absque omni aliarum circumstantiarum consideratione spectatum. Plurimae enim Introductionis veritates ex nullo alio fonte robur impetrant suum, quam ex ipso Nouo Testamento: illud autem ex quo veritas eiusdem evincitur, eius dicitur principium. *Secundo* lingua originalis scientiae nostrae, principium est, quoniam omnes paene Introductionis veritates, nisi, quatenus ex textu autentico deductae sunt, consistere tantum possint: in omnibus tamen ita procedendum ad minimum est ut commenstrari possit, si requiritur, non obstare textui originali. Ex quibus ergo quilibet colligit: *Nouum Testamentum in lingua originali esse quid, super quo exstruatur Introductio in Nouum Testamentum.* Quibus tamen illi sententiae neutiquam obuersor, quae vult: nonnulla in Introductione ex versionibus quoque Novi Testamenti esse deponenda: si autem ab eo quod vulgo et praecipue fit, denominatio est desumenda, posterius assertum minime contra prius est. Cum autem iam tanquam lemma Introductionis adhibitum sit, quod lingua originalis Novi Testamenti nulla nisi graeca sit, ex eadem ratione linguae graecae quantum suffi-

sufficit ad intelligentiam Noui Testamenti in ea lingua cognitio necessaria est, et *tertio* instar principii Introductionis nostrae consideratur. Superfunt autem adhuc aliae rationes, in primis si diiudicare malo, an lingua graeca, in qua Nouum est exaratum Testamentum, sit pura, i. e. quomodo in scriptoribus profanis graecae linguae genio indulgentibus ex industria occurrit, an secus et prouti audit hellenistica: quod tamen necessarium est si de lingua hellenistica aliquid sani proferre cupis. Hinc lingua graeca est fundamentum diiudicationis multarum in Introductione obuiarum veritatum et capitum; Ergo principium §. XVI.

Schol. 1. Quicquid autem ad vtrumque consequendum principium requiritur, noster simul efflagitat §phus: quae vt seorsim exponam a me desiderabit nullus.

2. Paragraphus probe distinxit separatim requisitum desiderium linguae graecae a reliquis in Introductione. Habemus enim plures Noui Testamenti versiones Syriacam v. g. et Latinam saepius adeundas, quae itaque in Introductione legitime pertractanda quoque praesto esse debent. Neque tamen notionibus repugnat, respondet potius, si subsidiis adiungeres reliquarum linguarum et versionum in iis conscriptarum catalogum.

3. Nulla intercedit contradictio, dum in §pho diximus: Nouum Testamentum esse huius scientiae principium, et Introductionem esse praeliminare quid de Nouo Testamento (§. V.): etenim Introductio agit de Nouo Testamento et quod exponit de eo, in Nouo Testamento fundatum esse debet; alias esset mere arbitrarium et precarium: quod autem, cum vitium sit, neuti- quam admittendum est.

§. XVIII.

Praesupponit Introductio haec nostra

III, *Artis criticae peritiam.* Etenim critique de Nouo Testamento agit scientia nostra (§. V); hinc species est criticae et quidquid valet de critica vniuersaliter, legitimum quoque est

3, Criticam
requirit In-
trodutio et
4, Philoso-
phiam theo-
est reticam.

est in Introductione (per principia logica) Criticae itaque notitia non vsum solum praestat in rite instituendo iudicio de Nouo Testamento, sed et de partibus ad Introductionem necessariis. Absente enim Critica aut tota, aut ex parte, Introductio ipsa manca est.

III, *Nec Philosophia theoretica praesertim desideranda est* in eo qui Introductionem non oculis fugitiuis percurrit, accuratiore potius animi lance perpendit. *Logica* autem prae reliquis nominanda est, cum inde omnes scientiae; hinc et Introductio (§. V.), formam petant. Ergo praesupponitur, quatenus secundum eam institui momenta, instituta examinari, examinata autem approbari aut corrigi debent.

Scholion. Nulla amplius addam principia non mihi forsan persuadens, nulla superesse, quod omnino concedo, sed quoniam potiora designaui non iniuria tacere possum. Ipsa theologia ad principia referri potest: codices MSti et editiones Noui Testamenti typis expressae, neque minus versio LXX. viralis Veteris Testamenti, habent quoque aliquid vnde principia scientiae nostrae dici possint.

§. XX.

De subsidiis
Introductionis in
Nouum Testa-
mentum.

I, Ordo par-
tium Intro-
ductionis.

A principiis ad SVBSIDIA transeo. Appello autem *subsidia*, quae tractaturo compendium agendi concedunt. Ergo cogitari quidem potest Introductio sine his, at non tam belle. Compendium hoc duplici via simplici et composita adipiscimur: etenim *vel* ad tempus respicit, inde oritur celeritas; *vel* propter operam minorem gratulamur nobis impetratum compendium, quod facilitatem producit: *vel* denique vtrumque compendium simul vna aliqua via impetratur, vt et celerius et facilius in Introductione procedere queamus praesentibus eiusmodi mediis, quae exinde subsidia audiunt. Sunt autem multifaria, neutiquam a me simul commemoranda ex quibus tamen quantum pro virium mearum modulo coniectura assequi possum, praecipua appellabo. Subsidium Introductionis in Nouum Testamentum est.

I, Ordo

I, *Ordo* siue identitas in colloca^one tam scientiarum aliarum versus hanc; quam partium huius scientiae inter se. In quo quidem ordine multiplex Introductio^{is} deprehenditur fructus, quoniam celerius ex vna, ex altera autem parte magis in scientia nostra hac ratione proficere possumus. Quod in primis ordinem internum attinet bonitatem internam quoque creantem, saluberrimus sane est. Quantum enim incommodum premit confusionem, tantum rependit e contrario ordo commodi, ita vt multo facilius momenta necessaria obseruari, obseruata felicius exponi, exposita cum emolumento absolui possint. Iudicium eo melius operari et agere, acta autem memoria custodire potest ordine munitas Introductio^{is} veritates, quam absente, aut minore tantum ordinis gradu praesente.

Coroll. Ergo ex ordine duplex et composita subsidii vis oritur (§. XVIII.) ergo dupliciter utilis est ordo; ergo. expetendus maximo opere.

§. XXI.

II, *In librorum usu magnum quoque Introductio nostra agnoscit subsidium.* Faciunt enim libri ad adcuratius, facilius et celerius cognoscendas Introductio^{is} veritates; facilitant meditando negotium, occasionem praebent inuentioni rerum exponendarum, sicuti huc vsque desideratarum inspicientiam afferunt, excitant et adiuuant quoque impletionem. Adiungit itaque animum ad libros in Introductio^{ne} aliquid praestiturus, cum operae praetium esse intelligat iis attendere. Quodsi autem libros huic fini inseruientes mecum reputo, multos variosque esse animaduerto: sic autem, prouti censeo, minore negotio, verum maiore ordine conciliandi essent, si in sequentes abire iubeo ordines. Etenim

Vel eiusmodi sunt, vnde principia huius scientiae penitus cognosci possunt (§. XVII-XVIII.): et quatenus principis egemus in Introductio^{ne} ita vt haec non sit, nisi illa sint et eo melior scientia nostra esse possit, quo versatiores in

Libri ad subsidia huius scientiae computandi sunt idonei.

principiis existimus, libri eo tendentes et quo magis, eo maioris faciendi conferendique sunt.

Vel libri in veritates huius scientiae ipsas inquirunt: qui iterum.

Aut ex instituto totum systema, siue, veritates in vniuersum omnes ad Introductionem vergentes in nexu exhibuerunt, intenderunt saltem: nonnulli maioribus in systematibus, alii in compendiis et breuiore via. Ex iis alii Vetus et Nouum Testamentum vno in systemate, ita prouti Introductio requirit, lima sunt persequuti, alii autem ad praeliminaria Noui Testamenti critice absoluenda vnice intenti.

Aut ad partes Introductionis animum aduerterunt: ita vt non nunquam plura, nonnunquam vnicum sibi sumferunt scientiae caput, quae vel quod et aliis inseruerunt capitibus ex aliis disciplinis desumptis, et scripto singulari solummodo exhibuere. Quorum infinitus est numerus, cum id vel in maioribus operibus et tractatibus, vel minoribus, disputationibus etc. perficere quaesuerunt.

Si autem quid recti video illorum, qui in poliendis singulis Introductionis capitibus elaborarunt, plurimi ob industriam et elegantiam, quam in veritate ornanda et distincte reddenda posuerunt non inferiores sunt prioribus, qui raro in colligenda necessaria et prouti requirebatur aequali laude incubuerunt: sicuti et multo difficilius negotium humeris suis fuit impositum, cum non in iis omnibus solemus esse aequaliter versati, quorum nostra indiget scientia: neque libri de iis exstantes, qui neque in omnibus partibus posuere neque ponere potuerunt industriae suae documenta et insignia neque libri elegantissime conscripti sufficiunt ad producendum, aequae felicem foetum, cum non excubendi sint, sed ad felicium in nostris procedendum adhibendi si subsidiorum vice funguntur (§. XX).

Schol. Subsidia, quae ex libris prae reliquis constant tantae sunt varietatis vt molem immensam colligere vereretur, si modo species omnes

omnes exponere in me fusciperem in quibus aliquid scriptum sit. Si autem ad indiuiduos et singulares libros, quos possem coaceruare, descenderem, timeo vt plures sufficiant paginae. Norunt enim qui libros mediocriter tractarunt, non ex titulo statim cognosci posse quid libri ipsi praesent. Librorum huc spectantium catalogum vir in re litteraria facile princeps *SUM. V EN. Baumgarten, in der Büchererkentniß in iten cap. Seite 22. u. f.* suppeditauit quibus, quod ad compendia huius scientiae attinet, addenda adhuc est Introductio, quam *Celeb. et Exc. Iob. Daniel Michaelis Profel. in Acad. Göttingensi Ord.* post ea promulgauit.

§. XXII.

Ad subsidia pertinet

III, *Multiplex, accuratum et continuatum*, quo minore ^{3, Multiplex} cum interruptione eo melius, *exercitium iudicii sui in libro* ^{etc. exerciti-} *lectione*; hinc habitus diiudicandi libros adiuuentum ^{um in libro-} omnino praestans exferere potest. Quatenus hic habitus ^{rum crisi} *arg. Beia* gaudet per regulas exortus sit necesse est, quem nos ^{4, Crisis vete-} tantum modo volumus. Quatenus porro Nouum Testamen- ^{ris Testamen-} tum pro librorum praestantissimo est censendum (§. II.): iudicium in aliis ante exercendum esse quam ad Nouum Testamentum sic libandum progredimur facilis est intelligentiae. Illo tunc habitu adstringimur ad regularum in diiudicatione sine difficultate obseruationem; Ergo facilius simul, simul celerius pergitur in Introductione hoc habitu extructi; ergo nanciscimur eo, quod quaerimus (§. XX).

III, *Crisis Veteris Testamenti omnium plus confert*: ita vt separatum ob dignitatem et influxum in scientiam nostram reliquas magno interuallo post se relinquentem appellanda a nobis sit, etenim multa habet cum nostra scientia communia, multa autem similiter procedunt, si relinquuntur cuilibet sua. Omnibus superfedere possum illustrationibus probationeque: adeo enim arctus et luculens est nexus, vt nihil videat, quin hoc videat. Hinc et libri huius generis cum

D

scientia

scientia nostra sunt combinandi quatenus, subsidia inde expectamus. Sicuti et ordiri solemus, si veritatum nexum attendimus, a Veteris Testamenti exploratione accuratiose transeuntes ad Nouum.

Schol. Forfan ea hoc loco non inutilia plane sunt, sicuti §. XXI., quae a me in *diff. 3, Iuramento in verba Magistri* de rite legendis libris ad euitationem praeiudicii auctoritatis monita sunt, §. 33. pag. 28-31.

Scholion generale. Subsidiorum numerus augeri sane adhuc posset, quorum nonnulli *vel* propioris, *vel* remotioris nexus suat, ut promoueat operam, quam Introductioni in Nouum Testamentum impendimus. Ipsae relationes de libris rarioribus huc spectantibus locum sibi inter subsidia vindicant. Ex quibus illae praecipue mihi nominandae sunt, quae ex numerosissima aequae ut praetiosissima librorum collectione *Viri de erruditione et meritoissimi S. V. Baumgarten*, iam exiere sub hoc hodie titulo *Nachrichten von merckwürdigen Büchern, alias Nachrichten von einer Hallischen Bibliothek.*

§. XXIII.

De vicissitudinibus Introductionis in Nouum Testamentum. De variis huius scientiae VICISSITVDINIBVS, quae sunt incrementa decremентаque eius obseruanda, aliquid in praeliminaribus nostris sanum esse existimo; quae ex historia sunt petendae ecclesiastica. Quatenus enim scientia, de qua loquimur, non aequalis semper fuit ambitus, mutationem est experta: et quatenus haec mutatio quoque ita fuit ut antecederet magis culta sit, quam post ea, decremētum studii in sui studiosis adest; ergo vicissitudinem (per def.) hoc literarum studium subiit. De quibus cum nihil in Introductione ipsa seorsim occurrat, in praeliminaribus eiusdem paucis dicendum est, quatenus tamen conducit ad Introductionis studium. Attamen generalia modo sunt, quae iamiam offero.

Ab infantia inde christianismi varia ex hac scientia culta esse, nemo facile ibit inficias: at nec eius intensiois, nec extensionis, qualis hodie est, fuisse, in aprico etiam esse potest. Habent singula suas rationes, quas autem iam mittam et collegio referuabo.

Schol. 1. Loquenti mihi de vicissitudine Introductionis non oneri dandum est, nisi ad singulas scientiae partes separatim a reliquis attendero et de qualibet exponere aliquid instituero: etenim quia nihil de plurimis momentis relatum legimus sufficiens, iam impedimentum huius consilii esset: sed si ad ea tantum descendere debuissim, quae supersunt hinc et illinc comportaturus, tamen copia rerum impediret executionem consilii in hac angustia.

2. Ut in eo, quod ad finem *§phi* protuli, confirmeris, concilies velim ea, quae de *variis lectionibus* et historia earundum ad nos delata sunt et consenties mecum, antiquitatem in eo elaborasse, vt eas emendent et ad simplicitatem suam reuocent: *reminiscaris harmonias Euangelistarum: diuisiones totius Noui Testamenti et singulorum librorum* mediteris et quae sunt reliqua, ex omnibus euidentis erit *§phi* veritas.

3. Dissidia, quae graecam inter et latinam ecclesiam ab incunabilis paene nata et agitata sunt, tam nota sunt, vt, si multus in iis esse vellem noctuas Athenas mittere viderer: illud tamen adnotare non superfluum erit, distinguendos etiam esse Patres graecos a latinis, neque iniuria patribus latinis nisi omnibus plurimis tamen plurimos graecos praefereudos esse, quippe cum priores fere omnes ignorabant linguam graecam, principium huius scientiae ex maximis (§. XVIII). Idem de variis lectionibus monstrauit *Daniel Whitty in examine variantium lectionum Millii pag. mihi 46. L. 1. c. 2. sect. 2. et 44. sect. 1. etc.*

Coroll. Ergo ex antiquitate neququam hoc literarum genus refutandum est, quippe quae inuitat potius ad amplectendum.

§. XXIII.

Quo statu
fiterit Intro
ductio altera
maiori Chri-
stianismi pe-
riodo.

In adolescentia, aut, si ex vigore diuidicare mauis et compellare tempora Christianismi, quam annis, *in canitie*, inclinata iam aetate, aut morbo implicata (hanc aetatem autem a septimo ad decimum quartum et quintum seculum extendo) musae fere siluerunt nostrae. Ea enim, quae exstructa sunt cura priorum seculorum, incuria horum destructa exhibentur, cum in his ad aliquam magnitudinem ascendere potuisset debuissetque: ita ut plurima, quae ex hac temporis periodo supersunt, vitiis suis se magis quam bonitate et laude distinguant. Lectio scripturae sacrae in detrimentum ecclesiae flocci pendebatur in linguis praecipue originalibus. Ex inde factum est, ut multo magis iis denegaretur cura atque industria, quae legitimae institutioni lectionis Noui Testamenti inferuiebant. Ex principio itaque §. III. tradito, sed male inuerso, egerunt.

Schol. Quod de Veteris Testamenti tabulis suo sane iure ad haec respiciens tempora, doluit *S. R. Carpzov in Critica sacra Veteris Testamenti pag. 23.*, id mihi quoque ex eodem fundamento de Nouo Testamento depiorandum est: Et enim in vtroque aequales erant tenebrae, tota scriptura sacra priuabatur auctoritate et vsu suo.

Coroll. Ergo si ad homines, qui in haec inciderunt saecula, animum aduertimus cum vicissitudine hac decreuisse intelligentiam scientiae nostrae planum est: neque de scientia in se plane denegari potest, ut non facile dixerim, in eodem statu, quo fuit, stetit: varia enim antiquitatis monumenta, quae hodie multum podesse possent, hac pessima negligentia interiisse sole meridiano est clarius.

§. XXV.

Quod extre-
mis tempori-
bus multo
maiores liti-

Post ea saniore cognitione illustrata sunt omnia depulsis sensim errorum atque praeiudiciorum nebulis. Alterum tunc alius suo quoque exemplo docere instituit, interesse ecclesiae si curarent partes neglectas. Consonabant vndique sincerissimum celeberrimum

celeberrimorum et eruditissimorum voces, excitantes ad ^{ris} hisce ope-
studium textus originalis scripturae sacrae. Appellarem hic ^{ram} dederint
summos susceptos labores, viros nominarem ob merita in ^{eruditi.}
hoc scientiarum genere immortales et fama perenni cele-
brandos. Nostra in primis laudarem tempora, in quibus
eruditi haudquaquam inepti in excolendis his litteris su-
darunt nec successus eos fefellit. Varia quidem sunt nomi-
na, sed et vulgi auribus propter fulgentia merita non noua et
inexpectata. Nec postremi sunt, qui hanc, in qua haec scri-
bo, ornant ornaruntque Musarum sedem: quorum nonnulli
post fata quoque adhuc docentes sunt superstites. At ego
horum neque sufficio laudibus, nec ob terminos scripto hu-
ic praefixos, quantum etiam valerem, suscipere liceret.

Schol. 1. Fecit nobis in colligendis variis variorum eruditorum labo-
ribus quodam modo otium Vir de hac scientia optime meritus
S. V. Hofmann, qui editionem Priritianae Introductionis in Lecti-
onem Novi Testamenti quartam elegantibus suis exornauit ac-
cessionibus: in qua a pag. 2. ad 8. vsque plurimos appellauit
libros exceptis iis, qui tractationi ipsi inspersi sunt. Catalogus
vero, quem construxit pro diuersitate familiarum sacrarum
ad quos auctores librorum sese professi sunt, locupletior foret,
si hodie componendus esset: ardor enim et cognitio proxime
sequentium temporum elegantes in lucem edidit ingenii foetus,
quibus scientia ipsa quoque nullos non cepit fructus.

2. Loquuntur praeter cetera, contentiones de his momentis motae:
cum plurimi scriptores non domesticis rationibus impulsii, sed
internis vel incertitudine eiusmodi sententiae, quam impugnarunt
cum certiore; vel falsitate etc. in qua restrictione lites sunt testes
omnium certissimae curae rei cuiusdam. Si particulas scientiae
et scriptores de iis perpendimus, animaduertemus nobiscumquo-
que facere.

Coroll. Ex variis itaque *ram* huius paulo ante commemorati libri
beati videlicet Priritii editionibus, *quam* insignibus nominibus,

quae viri optime de hac scientia merentes adepti sunt, conici potest, quanti facta sit haec scientia neque ignorantiae et super-
 stitioni laudem hanc debet suam, sed prudentiae.

§. XXVI.

Quinam huic
 scientiae de-
 signandus sit
 locus: vbi Lo-
 gicae praeci-
 pue postpo-
 nenda esse de-
 monstratur.

Iam ad ordinem scientiae nostrae propero, exploraturus, quem inter alias scientias Introductio nostra obtineat. **LOCUM**, qui ex relatione scientiae huius versus alias notionibus conformi verus tantum firmusque fieri potest, nisi arbitrarie, temerarie et mere coeco impetu in ordinandis nostris literarum studiis procedere mallems: huius autem abiecti animi ex Lectoribus meis non credo solum, sed et confido fore neminem. Locum itaque, quem tenet scientia haec et in quo ab iis, qui operam nauare audent sit ponenda, ex iam exhibitis explicatisque momentis facili negotio definire poterō. *Summatim primo monco* Introductionem propius pertinere ad theologiam, si sumitur vox in paulo latiori ambitu (§. V). Iam ad speciales procedo scientias, quae nexu quodam cum hac nostra gaudent. *Logica* esse solet litterarum studiorum in Academiis sine iniuria prima. Sanioribus enim probatur, vt cum Philosophia generalia omnium complectente in scientias intremus reliquas; Ergo quoque Introductionem in Nouum Testamentum tractaturus suam philosophia comite ingreditur scientiam: in cuius prima statim fronte ex natura sua *Logica* est, quae exinde et nostrae Introductioni est praemittenda, quatenus non solum aliquid est facultate cognoscitiua limandum: verum etiam scientiam efficit (§. V), cuius principia ex Logica petenda sunt. Hinc obscurum esse nequit, *Introductionem Logicam statim excipere debere.*

Schol. I. Paragraphi finis est compositum lemma ex Logica praecipue, dein ex Introductione nostra, ex quibus veritatis probatio expectari potest. De cetero quod de Logica enunciamus, valet quoque de Critica (§. V. et VII.)

2. Ad

2. At quoniam tempus Academicis studiis sacrum variis ex rationibus arctos agnoscit terminos, et hinc fieri nequit, vt cuilibet scientiae locum assignemus commodissimum, commodus nunquam aut non plane incommodus inuestigandus eligendusque est, id est, qui commodissimo sit proximus, tunc omnino fieri potest, vt scientia nostra minimum adiungatur Logicae.

§. XXVII.

Introductio continet veritates de Nouo Testamento Theologiae praeliminariter tenendas (per def. §. V.) theologia autem in strictiori significato est scientia ex scriptura sacra et Nouo Testamento de prompta (per def. theol.) Ergo theologia supponit Nouum Testamentum, Nouum Testamentum autem Introductionem; Hinc *Theologia in serie scientiarum non inconsulto, sed deliberate institutarum excipit potius Introductionem, quam vt praeceat.* Is itaque via tutissima et legitima theologiam mihi introire videtur, qui Introductionis capita meditatur ante.

Reliquarum scientiarum plurimae sine scientiae nostrae vel praecipuo damno, vel singulari utilitate praeponi postponiue possunt: quo hermeneuticam refero, quae quidem aliqua quoque ex primis est et ante theologiam ipsam excolenda; ergo praeliminare quid (§. III. et XI.), propter ea autem neutra harum alteram determinat. De disciplinis philologicis id probe notandum est, vt rudes quidam nullos, at nec exercitissimos requirat necessario qui ad Introductionem accedunt animo ad discendum legitime proni. *Ex scholis, quae dicuntur inferiores, tantum ordinarie ad Academiam transferre solemus, quantum sufficit ad scientiam nostram adprehendendum.* Si autem etiam hic inferior cognitionis linguarum praecipue graecae et latinae gradus in desideris est, non facile suaderem adeundam Introductionem.

Schol. Distinguas per totam, quam oculis TVIS subieci elaborationem huius scientiae fabrum a discente, siue aliorum arte et opera hac in re vtente ad augmentum cognitionis suae. Quodsi hoc

hoc feceris facillime ignosces, approbabis potius, quod de vtrisque hoc loco aliquid dixerim et perspicias insimul locum scientiae, de quo iam sumus locuti attendere ad discntem, sicuti principia conscriptionis auctorem scientiae respiciebant.

§. XXVIII.

An difficultatibus laboret et quod vere adsint, quae oriuntur. I, ex concursu et scientiarum, et linguarum plurimum.

Supparatis sex praeliminarij Introductionis partibus, DIFFICVLTATES adhuc addam cum Introductionis cultura legitima intime iunctas. Distinctam earundem desideraturis cognitionem, praecipuas suppeditabo, ex quibus proxime efficere poterunt quantis haec scientia septa sit impedimentis a sui cultore remouendis. Quilibet, qui ea perpendet, quae sum dicturus, difficultatum grauitatem mecum concludere haud dubitabit. *Difficultates ex obstaculis in proficiendi studio vere deprehendendis nascuntur*; ergo ad obstacula mihi recedendum est, si fini huic meo hisce meditationibus nisi plene, quod ex his angustiis, si cetera optime sese haberent, non exspectandum est; quodam modo tamen facere velim satis. Probo difficultates.

I. *Quoniam est scientiarum in hac vna multiplex concursus necessarius*: quibus itaque accinctus demum ad Introductionem accedere possumus. Neque Theologia, neque Philosophia, neque Philologia, neque Antiquitates variae, neque Historia in ea desiderari debent, qui aut construere ipse hanc scientiam, aut explorare constructam mauult. Quo plures autem harum ante intelligendae sunt, quam ad Introductionem pedem mouere licet; quo accuratius et ex rationibus quaelibet in nobis sita esse debet: eo plura obstant ei et difficultatem produciunt. *Linguarum confluxus in hoc nostro litterarum studio desideratarum quoque aliquid continet nec nomine difficultatum indignum, nec a loco hoc alienum*: etenim neque vna aut altera, sed plures; neque aliqualis, sed ampla in singulis linguis sit oportet cognitio in eo, cui in infimo gradu subsistere et acquiescere neutiquam mens est. Cum linguae sint arbitrarie (per exp.); arbitraria autem diffi-

difficilius adprehendantur et conferuentur, quam alia, in quibus iudicium memoriam adiuuat et cognitionem (per exp.). Ergo difficilior est via ad Introductionem, si posteriorem, quam si priorem tantum contempler respectum: sed quoniam iam primum momentum ex primis erat difficultatibus, posteriores primis priores appellandae sunt difficultates.

Schol. Minor totius sphi ex scientia nostra ubique occurrit, neque hic testimoniis opus esse existimo, cum cuilibet exempla in promptu esse possint.

§. XXVIII.

Difficultatis huius scientiae patrocinium suscipit.

II. *Quoniam Introductio in se est scientia magni momenti:* et enim versatur in cognoscendis praeliminaribus Noui Testamenti (§. V. ; quibus ergo nititur Noui Testamenti lectio et vsus, Nouum Testamentum autem est liber grauissimus (§. III). Peior autem semper est, qui grauioris criminis grauiori veritati sua e regione stat sententia. Ergo minore praecipitancia, sed maiore cura et virili iudicio in ea versari debemus, ita vt circumspectiores nos determinemus, quam forsan in aliis licet scientiis. Habes itaque nouam difficultatis rationem.

2, In ipsa supereminente conditione scientiae deprehenditur ratio huius difficultatis.

§. XXX.

Defendit difficultatem, quam asseruimus.

III. *Quoniam in variis huius scientiae partibus magna adhuc super est obscuritas, ad quam depellendam omni animi contentione anniti debemus, si quid praestare suscepimus:* tenebris enim nullus vti potest ad diiudicandum quid, aut deducendum; et quo magis nos iuuaret in reliquis rebus feliciter transigendis ad quas tenemur maxime claritas: eo magis nobis incumbit cura vt tenebris depulsis lux prodeat. Quae quidem omnia ad Introductionem quadrant. In luce et strata via recte obambulare artis vix leuioris indiget: sed quo minor est claritas, eo maiori opus est artificio. Ergo hanc scientiam premit difficultas.

3, Ex absentia lucis quae in pluribus particulis Introductionis deprehenditur.

E

Schol.

Schol. 1. Norunt rerum gnari *primo* quod multis res satis *nonnunquam* clarae videri possint, quae non sunt, cum *vel* in specie conquescant, *vel* nesciant, quid requiratur ad eam perficiendam: *nonnunquam* haerent aliqui ob ingenium hebes, licet satis expeditae sint res. *Deinde* non ignotum quoque esse potest, nos teneri ad conciliationem lucis, nisi cognitum perspectumque esse possit, tenebras esse insuperabiles, aut non tanti faciendas quantum impenderemus.

2. Quodsi eas peruolutamus res gestas, quibus in Introductione egeamus; multa in iis infirma, dubia et antiquitate vetustateque obliterata obseruare licet, quae difficultatis in spho expositae testes esse possunt. Neque historia forsitan uice hanc parit difficultatem, sed in aliis quoque non historicis inscientiae turbine agitur. Lites quoque in hac scientia obseruabiles idem testantur, nulla huc vsque elagantia litteraturae neque modestia litigantium compositae, sed manent plurimae adhuc implicabiles.

§. XXXI.

Difficultas Introductionis oritur quoque

4. Quoniam necessaria ad Introductionem d. difficile aut plane non comparari possunt.

III. Quoniam ea, quae *suppetent vel a plurimorum oculis sunt remota, rara ad modum et sub putueris onere quasi sepulta:* nonnunquam in doctorum scriniis referuantur, vt nec referantur. Inde fit vt plurima, quibus vti possumus, non ex propria exploratione, sed ex auditu ad nostram transferantur notitiam et ab iis profiscantur, qui fando acceperunt: *vel*, quae vsui adhuc sunt, valde tamen limitato, quoniam *tam* praetiosa admodum et acquisitu difficilia esse solent, *quam* varia et ob multitudinem factamque dissipationem nonnisi magna pecuniae summa comparanda. Pluribus autem angusta, aut saltem non tam ampla praesto est res familiaris, qui alias non inepti forent ad hoc negotium nec industria destituerent. Aliis autem molestiam creare, vt ex sua librorum collectione nostra forsitan multis ex rationibus fini huic apriori, porrigant, nonnullis immodestiae videtur esse. In Introductione tot et tantis indigemus libris, quot et quantis in nulla fere alia scientia. Cui volupe est intelligere is ea recolat, quae de indole huius scientiae §. V. sunt dicta; sicuti et ex prin-

principiis §. XIII. erutis et ex tabula partes Introductionis ostendente §. XIII. idem cognoscere licet. En nouum difficultatis nec leuioris indolis huius scientiae fundamentum.

§. XXXII.

Difficultas Introductionis deducenda est inde

V. Quoniam continuum iudicium in usu plurium aliorum *librorum praesto sit necesse est.* Sed nouerit quilibet haec mea legens, quanta attentio, reflexio collatio cum principiis cuiuslibet rei et quidem genuinis requirantur ad eiusmodi propositum ex voto perficiendum. Iudicii autem categorici impedimenta eo maiora sunt, quo plures iudiciorum diuersorum exstant auctores: qui itaque plane diuersa statuerunt neque rationibus destituti sunt grauib. Sicuti quo notiora sunt principia rei, quo distinctius quis sua est eloquutus, quo minora intexta sunt aliena: eo facilius auctores diiudicari possunt. Quo minus e contrario de principiis conuenimus et cetera opposita: eo difficilius quoque est ferre iudicium. Neque deest scientiae huic nostrae ex iisdem fontibus manans difficultas: sed potius prae reliquis omnibus locum aliquem priorem requirere videtur, sicuti etiam in diiudicando Nouo Testamento tota est.

Schol. I. Sufficere haec a §. XXVIII. exposita, poterunt ad corroborandam propositionis veritatem, quae difficultates, quibus scientia nostra gravis est, adstruxit. Neque leuius negotium iis commissum est, qui recto tramite in exploranda Introductione in Nouum Testamentum incedere malunt: quem quidem non omnes impenderunt scriptores, forsan inmemores difficultatis, aut suarum hac in re partium. Noli tamen omnia congerere et congesta expedire, quae de difficultate Introductionis dicenda essent, v. g. ne litera quidem exstat de temporis dispendio, etiam si tacite enunciauerim.

2. Exinde factum esse statuo, cur in nulla fere scientia minus scribatur, quam in ea, de qua loquor. Peruoluet, qui vult, librorum nonorum recensiones ad modum paucos huic scientiae tantum propinquos deprehendet. Mihi nequaquam concipere et persuade-

suadere possum librorum cumulum, qui in reliquis scientiis prodeunt et penuriam in hac nostra *vel* ex praerogatiuis inter- nis aliarum scientiarum prae nostra nasci, Introductio enim, nisi reliquas praeceat, non minoris tamen ducenda est: *vel* ex extensione et amplitudine vsus proficisci, quae in hac non esset: *vel* ex adeo vulgari cognitione huius nostrae descendere scientiae, vt etiam lippis et tonioribus eiusdem momenta nota sint; hinc non opus sit elaboratione; oppositum potius iam obtinui et euincere studui in sphis praecedentibus praecipue XXVIII. et XXX.

3. Minime haec scripsi, vt vestigia huius scientiae faciam describamque terribilia: mens mea non fuit, vt Introductionem sistam tanquam rem cane peius et angue fugiendam; contrarium intendi neque intensionem meae aduersari mihi videntur adhibita media. Haec fuit causa ex qua expendi quinque difficultatis huius scientiae rationes, vt ne leuem, aut eruditorum consideratione indignam existiment hanc totam scientiam, aut attentione posthabita leui brachio tractent. Inuitauit itaque magis ad studium Introductionis, quam vt illi dissuaserim: multo magis gratulandum nobis est, si superatis difficultatibus in portu nauigamus, quam si nulla adfuerit; sicuti etiam priori in casu maior est acquiescentia. Facit ideo haec cogitatio ne contemnamus mentem praemature nostro iudicio, quod Philosophi praeeudicium vocant, ante, quam superauerimus, aut quod ad superandum requiratur perspexerimus. De cetero volumus sane magis, quadrare difficultates prolatas ad eum, qui ipse sui aliorumque dux est, quam qui ducitur. De qua distinctione vide, quae §. XXVII. Schol. a nobis sunt dicta. At nec propter ea excludendi sunt postremi a cogitatione difficultatum, cum potius inde obligationem desumere et cognoscere possint ad fideliter vtendum aliorum labore et maiorem in ea ponendam diligentiam.

§. XXXIII.

Deutilitate ex Id quo termino hoc ipsum opusculum est UTILITAS, Introductione quam Introductio in Nouum Testamentum sui studiosis spon- det. Consuetudinis esse memini, vt ante, quam leuior modo suscipiatur labor, scire cupiamus cuinam iste sit vsui: ne- que me de ea re hoc loco tacere posse, cum commendetur his

Deutilitate ex
Introductione
in Nouum
Testamentum
manante.

1. Generalia

his meditationibus labor, ex multis intellexi rationibus. et ratio cur
 Vsum exinde mihi exponendum esse duxi, ne forsan suspi- de ea agen-
 centur nonnulli me aliquid homine et sapiente indignum in dum hic fit.
 eo fine, propter quem laborare mos est, ponere: ne variis
 actum egisse videar et in suspensionem incurram me scientiam
 non animo volutasse, ne itaque leuem et exiguam utilitatem,
 aut plane nullam credant esse in Introductione: ne tamen si-
 cuti imminuant, sic excedant in ei tribuenda laude: ne deni-
 que omissionis partis ex praeliminaribus consuetae et neces-
 sariae sim insimulandus. Etiam si nuda praeliminarium, qui-
 bus vt finem imponam in eo iam sum, consideratio necessi-
 tatem et commodum Introductionis in Nouum Testamen-
 tum fati superque defendere mihi videatur: tamen breuius
 propter rationes iam adductas seorsum exhibebo. Utilita-
 tem ipsa iucunditate rerum in scientia nostra obuiarum per-
 cipimus. Tanta enim huic scientiae inest varia utilitas et:
 utilis varietas vt historica cum philosophicis, philosophica
 cum philologicis et haec cum theologicis non in scientia fol-
 lum tota, sed in vno nonnunquam capite et sphaera alternent
 et ad Nouum Testamentum solide cognoscendum se adcom-
 modent: ex quibus delectatio descendat necesse est plane
 singularis.

Schol. 1. Quaelibet res secundum totam suam determinationem est
vel utilis, vel nocua, vel superflua, prouti consecretaria sunt ean-
 dem excipientia: etenim, res *vel* fructuum est fertilis, *vel*
 damnum importat; *vel* neutrum in aliquo praecipuo gradu inde
 redundat. Ergo, si de scientiae utilitate loqui mens est, pro-
 spiciendum erit ne forsan aliquod bonum apparens pro vero et
 minus in collisione cum maiore pro vere bono habeas, quod
 multis accidere solet. Superflua foret scientia nostra, si ea,
 quae inde nobis expectanda forent, nullius essent vsus: post
 ea autem, dum contrarium probauero; opinio haec recedet,
 sicuti bonitas et utilitas eiusdem constabit.

2. Habet scientiae huic deditus vbi eruditionem applicare potest
 suam et applicatione facta sibi et plurimis plurimum prodesse
 pro vti omnia nos docent.

§. XXXIIII.

Specialia de
vtilitate pro-
ponuntur
quae ex dupli-
ci principio
cuincitur.

1. Ex testi-
monii.

Enim vero tanta est fructuum ex hac scientia redundan-
tium vbertas, quanta neque a me sat praedicari potest. Pro-
bationem interim vt proferam: *aliam faciam externam;*
aliam internam, magis stringentem. Euinco itaque vtilitatem
scientiae nostrae.

I. *Ex testimoniis virorum prudentissimorum, sincerrimorum et
in hac arte versatissimorum, quorum est unanimis consensus:* quip-
pe significare non deslitterunt, interesse, rei christianae et theo-
logis in eas incumbere partes, quas Introductio proponit.
Equidem non ignoro testes in re non historica nihil, aut pa-
rum valere: sed nihil amplius postulo, quam fidem historicam,
quae, quatenus viri ita sunt animati, prouti esse debere ante
ea volui; deesse illis nullo pacto poterit. Hinc si isti com-
memorant: Introductionem ad faciendos profectus necessariam
esse in theologia, qui apti ad iudicium, qui experientia edo-
cti loquuntur, de quibus apertitudinem neglexisse demonstrari
nequit omnia potius pro contrario militant, tunc sane de ve-
ritate rei cur dubites, nulla praesto videtur esse ratio.

Schol. Nullos nominatim afferam scriptores neque a me desideratum
iri credo: siquidem consultius mihi videtur prospicere, qua com-
moda ratione abripere possim, quam prolongare et multiplicare
has paginas. Horum alii praestantiam Introductionis *expresse*
significarunt: alii autem industria sua huic scientiae dicata
praerogatiuas eius testatum iuerunt.

§. XXXV.

2. Ex Intro-
ductionis in-
dole quoniam
Nouum Te-
stamentum et
simul tota
theologia In-
troductiois
veritatibus
nititur,

*Aalterum proprius et efficacius probandae vtilitatis Intro-
ductionis fundamentum ex re ipsa perenni scaturigine fluit, quod
probationem parit internam.* Paucis verbis expedire elaborabo
momentum sat graue: ex duabus in primis rationibus dedu-
cam internam vtilitatis huius scientiae probationem.

I. *Qua re totius Noui Testamenti solida nititur cognitio,* quae
per consequens theologiam et religionem christianam confici-
cit et confirmat, *ea est omnino grauissima.* Ea autem est Intro-
ductio in Nouum Testamentum: etenim complectitur critica de
Nouo Testamento praeliminaria propiora (§. V.): in quibus
magnum

magnum praesidium pro Nouo Testamento, quae si ignoramus, facillamus in religione et multa, toti religioni perniciofa nobis adstantibus statui possunt, et ex rei christianae arce eici nos patiamur necesse est, quoniam arma ex scientia nostra defumenda defunt. Partes scientiae nostrae eum in finem, §pho XIII. propositae, iterum cogitandae sunt et cum propositione huius §phi fundamentali conferendae, quin conclusionem eandem eliciat credo fore neminem.

Schol. Qui, quantum utilitatis in hoc studio iaciat repositum diiudicare et digne laudare mauult, is nullo idem perficere poterit pacto, nisi apud animum suum reputet pondus theologiae et totius religionis christianae cum nexu Introductionis cum eadem. Certiores hac via firmus de basi totius theologiae et Noui Testamenti in Introductione deprehendenda: tunc demum perspiciamus intellecta Introductione in Nouum Testamentum hoc firmum theologiae aedificium posse superstrui. Non adducam iam exempla: nihil enim meditari potest et plane, si ita dicere licet, Inchristianus esse debet quin cum vocibus, quae §. XIII. propositae sunt, perspectis totus ab iis stet partibus, quibus ego sum addictus.

§. XXXVI.

II. At licet multum mihi dixisse videar, paucis istis, quae 2, Quoniam numero primo exhibui: tamen nondum quot potui et debui: veritates scientifice propositione tradito gaudentes magis nobis insinuantur, si *concurfus iste non turbulendus est, sed methodicus et scientiam efficit* (§. V. et X.). Et enim inde multiplex exoritur scientiae nostrae fructus, veritates multo distinctiores et elegantiores euadunt, quam neglecta hac methodo, breuior existit via praesente scientia, quaelibet veritas suum tenet locum et sequentes se accommodant prioribus et praecedentibus.

Schol. 1. Tanta sane haec sunt motiua et consecretaria, quanta ea consideraturum et ex obligatione acturum quin impellant ad Introductionem suscipiendam et sedulo continuandam sine omni veri huius boni sensatione sit oportet. Est enim scientia haec, me quidem iudice, literarum et theologiae studio quam saluberrima: ita, vt deinceps ipsa theologiae limina legitime salutare possimus.

2. Cum

2. Cum autem quemlibet oporteat esse Christianum et simul, quantum fieri potest, scriptura sacra et Nouo Testamento utentem: *ad hanc quoque scientiam omnes obligantur, licet gradu diuerso.*

Missa iam faciam Praeliminaria Introductioni in Nouum Testamentum cum ad vos, *Commilitones omnium ordinum Honoratissimi, Spes regionum Expectatissima, Corona Nobilissima*, ad vos, inquam, mea se conuertat oratio. Ea, quae iam tradidi, parans acquiresque, significandos vobis esse existimaui labores, quos vobis sum suscepturus diebus iam imminentibus hibernis vt vere cognitionis fruamur appropinquante tempestatis vere. Quatuor erunt collegia, quibus non solum vt interesse velitis vehementer cupio, sed vt exinde ea quoque percipiatis, quibus plurimum vobis vestrisque potestis prodesse in votis mihi est.

PRIMUM collegium est *Introductio in Nouum Testamentum*, de qua in antecedentibus pauca praeliminaria ieci verba. Quam quidem scientiam, saluberrimam aequè vt amplissimam serie §. XIII. exposita hora VIII-X. tempore matutino explicabo. Sicuti has paginas communis iuris feci, vt compendium saltem aliquod nanciscar tot tantasque explicandi veritates

DEINDE *regular logicas* in omni cognitione optime applicandas *duce b. Coruino in institutionibus philosophiae rationalis*, compendio huic fini apprime conformi, eruam hora II-III. post meridiem.

Neque minus TERTIO *hebraeae linguae studiosis*, quorum nonnulli meam multo ante requisierunt operam, quam nemini, si vnquam fieri potest, recuso, offero horam III-III. grammaticae aequè vt criticae in Scripturae Sacrae librum Veteris Testamentis inquisitionis.

DEINQUE *collegium disputatorium* habeo, quo non solum exercitium linguae impetretur, sed veritates quoque inuestigare et meditari, regulasque logicas applicare discamus. Diebus Mercurii et Sabbati hora I-II.

Obrali itaque piis vestris manibus ea, quibus nemini vestrum non insequere promptus paratusque sum: sicuti neque iis deero, qui me comite cathedram ascendere viresque ingenii publice periclitari malunt. In eo profecto maximam delectationem ponam, idque summum laborum meorum erit praemium, si videro me non frustra laborasse. Agite de cetero res vestras cum deo felices et vt mihi meisque studiis faueatis etiam atque etiam rogo.

Dabam in Acad. Frider. Halensî d. XXVII. Sept. MDCCIII.



Fc 4324

ULB Halle

3

003 719 049





Slc

VD 17
VD 18

mit







RAELIMINARIA
AD
ODUCTIONEM
IN
VM TESTAMENTVM
VNA CVM
CE LECTIONVM SVARVM
PER
BERNVN ANNI M. DCC. LIII. HABENDARVM
COMMVNICATA
A
GVIL. ELLENBERGER
PHILOSOPHIAE MAGISTRO.



HALAE,
ROLVM CHRISTIANVM KÜMMEL,
1754.